

e venis eiciunt morbi materiam, potius quam illos qui febrim vi depellunt mox recursorum. Si non poscent a me consilium, con- quiescam et, quatenus licet, seruiam Euangelico negotio; et si quid 110 secus agetur quam vellem, precabor Christum vt animos illorum vertat ad meliora.

Porro quod scribis mihi in manu esse totum hunc tumultum componere, vtinam vera praedicaret tua celsitudo! Ne exorta quidem fuisset haec tragoedia. Clamitant hic mihi non esse calamum. Imo 115 calamus est, sed innumera sunt quae dehortantur. Lutherum vocare fungum perfacile est; idoneis argumentis tueri causam fidei, mihi certe difficillimum. Et hactenus non admodum successit aliis. Et tamen ad hoc negotium lubentius accingerer, si certus essem quosdam qui sub praetextu fidei mundi causam agunt, vsuros sua victoria 120 in rem Christianae religionis. Et tamen hoc animo petemus Basileam, vt absolutis quae sunt in manibus, aliquid moliamur quod conducat huic dissidio sopiendo, certe testemur animum nostrum. Nec tamen video quorsum attineat me tam arduum suscipere negotium, quum sint docti, magni, graues, summa autoritate praediti, 125 qui iam prouinciam aggressi sunt. Argutum vero lemma proferunt isti qui dicunt, 'Qui tacet, consentire videtur'. Si tacent qui non scribunt, ingens consensus est. Et tamen ita tacui vt Lutheranos omnes in me concitarim.

Sed vt finiam, optime Moecenas, nihil est quod dubites de tuo 130 Erasmo; neque pietas, neque religio, neque mores, neque tranquillitas publica meis literis laedetur. Innocentiam praestare possum, linguas hominum in manu non habeo. Qui talia blaterant, redditori sunt rationem Deo vel temeritatis vel maliciae. Si hominibus parum approbare possum meos conatus, certe confido me Christo approba- 135 turum. Et si hoc seculum parum erit gratum laboribus meis, posteritas erit aequiore iudicio. Postremo est aliquid vel vnus Christi calculum tulisse.

Haec scripsi raptim ex tempore, forte oblato tabellione. Scribam alias accuratius. 140

Ex Anderlaco. Anno millesimo quingentesimo vigesimoprimo.

### 1220. TO THOMAS MORE.

Epistolae ad diuersos p. 637.

HN: Lond. xvii. 7: LB. 556.

Anderlecht.

{c. 5 July? 1521.}

[Between Ep. 1210, in which More's appointment as Treasurer is announced, and Ep. 1223, which clearly refers to this letter: perhaps contemporary with Ep. 1218. Very likely Goclenius, hearing of More's expected arrival in the Netherlands (cf. Ep. 1210. 13-14), had asked for an introduction.]

ERASMVS ROTERODAMVS CLARISSIMO EQVITI AVRATO THOMAE MORO,  
SERENISSIMI REGIS ANGLORVM A THESAVRIS, S. D.

MAIOREM in modum probo laudoque mentem istam tuam, More clarissime, qui nulla re magis gaudeas ditescere quam fidis ac

1219. 121. Et tamen *F*: Tametsi *H*. 141. Anno . . . vigesimoprimo *add. H*  
(Anno M.D.XXI *N*). 1220. TIT. CLARISSIMO EQVITI AVRATO *om. H*.

1219. 120. vsuros] Cf. Ep. 1218. 5.

synceris amicis, nec alibi praecipuam huius vitae delectationem ponendam esse ducas. Aliis cautio summa est ne gemmis adulterinis  
 5 deludantur; tu talium opum contemptor abunde locuples tibi videris si tuis possessionibus accesserit amicus neutiquam fucatus. Nec vlli suavior est alea, laterunculi, venatio, musica, quam tibi cum amico docto ingenuoque libera confabulatio.

Hoc opum genere cum vehementer abundes, tamen quoniam  
 10 sciebam homini auaro nihil esse satis, et mihi tibi que iam saepe successit feliciter, vnum etiam tibi traditurus sum in manum, quem tu totum totus totoque pectore possis amare. Is est Conradus Goclenius, gente Vuesphalus. Qui populus vt vulgo rudior habetur, ita multos nobis dedit summis ingeniis minimeque vulgari doctrina  
 15 praeditos. Non aliud genus mortalium laboris patientius; fide morumque synceritate, simplici prudentia et prudenti simplicitate potissimum commendantur. Scis nuper institutum Louanii Trilingue Collegium. In eo publice Latinas literas maxima cum laude summo totius Academiae fructu proficitur, ea morum integritate  
 20 comitateque vt literas quas docet, etiam apud illos reddat gratiosas qui prius auersabantur. Ingenium argutum, quod feliciter sui specimen praebuit, etiam in his disciplinis quas solenniter tradunt in scholis publicis. Sales habet, sed prorsus Atticos, ac lepidis fabellis vel tecum certare queat. In carmine peculiarem quandam habet  
 25 gratiam, nusquam non dilucidus, nusquam non dulcis et amoenus. Nec est vllum argumentum tam inamabile quod illo tractante non mitescat. In prosa oratione sic est sui similis, imo sic est sui dissimilis, vt illius soluta legens putes eum prorsus alienum esse a carmine.

30 Ad amicitiam plane factus videtur: quam si semel cum eo coieris, non est quod metuas ne quis casus eam dirimat. Hoc vsu venit in his qui vel natura perfidi sunt vel impotentibus affectibus: siquidem istiusmodi solent ad enatam occasionem desciscere, et amicitiae legibus neglectis animo suo morem gerere. Hic neque gloriae  
 35 est appetens, neque iniuriae admodum vindex, neque voluptatis vllius immodice avidus. Inuidere quid sit, ne per somnium quidem vnquam intellexit, tantus est ingenii candor. Quod ad vitae consuetudinem attinet, nihil eo facilius nec magis alienum ab omni morositate. Caeterum a lucro nihil hoc auersius, tametsi fortuna adhuc tenuis  
 40 est, nec aliud suppeditans quam victum mundum et supellectilem literariam. Quod si nostri principes prophani pariter atque ecclesiastici didicissent egregiis ingeniis habere suum honorem, quem admodum apud Italos habetur, Goclenius noster totus aureus esset.

Sed tamen expergiscuntur. Iam enim fere nullus est magnatum  
 45 qui non curet suos liberos bonis literis diligenter instituendos, licet

7. laterunculi N.

12. possis F: potes H.

42. suum add. H.

4. gemmis adulterinis] These words are used in the story of More and his wife told in the *Moria*: see Ep. 999. 168n.

7. laterunculi] Cf. Ep. 748. 34.

13. rudior] Cf. the account of Jacob of Vreden in my *Age of Erasmus*, p. 75: derived from D. J. Becker's translation of Butzbach's *Hodoeporicon*, 1869,

p. 199n. In the *De pronuntiatione* (LB. i. 935 C, 936 F-937 A) Erasmus describes the breadth of the Westphalian speech as *immodicus*.

18. Collegium] Cf. Ep. 1221. 12 seq.

23. scholis publicis] Cf. Ep. 1002. 9n.

45. liberos] Cf. Epp. 737, 1018, 1192. 80-83, 1208, 1237.

inter aulicos proceres nemo literas calleat praeter vnum Georgium Haloinum: cui cultae haectenus praeter inuidiam nihil fructus attulerunt, quanquam, ni fallor, breui plurimum dignitatis sunt allaturae. Iam spero futurum vt simul atque Goclenium propius cognoris, ab vtroque mihi gratiae agantur: quod nuper accidit in Francisco 50 Craneueldio, qui vnum sic te totum possidet vt illi propemodum inuideam. Bene vale. Anderlaci [Anno M.D.XX].

## 1221. TO DANIEL TAYSPIL.

Epistolae ad diuersos p. 612.  
HN: Lond. xvi. 15: LB. 584.

Anderlecht.  
5 July 1521.

[The year-date needs no confirmation.

Daniel Tayspil († 17 June 1533) of Neuve Église, n. of Armentières (or ? Nieukerken, Waes), joined the Praemonstratensians of St. Augustine's near Terouenne (GC. iii. 539). Being appointed Suffragan to Francis of Melun, bp. of Terouenne († 22 Nov. 1521), he assumed the customary title of bp. of Gibel *in partibus* (cf. Ep. 130. 63n). In 1524 he was elected Abbot of Wormezel, a house of Austin canons, s. of Ypres (GC. v. 351); the chronicle of which (see *Recueil de Chroniques de la Flandre*, 1<sup>re</sup> sér., Bruges, 1847, pp. 14, 15) describes him as interested in learning, and strict in enforcing discipline. EE<sup>2</sup>. III, where the date of his death is given as 20 June, speaks of him as '(Erasmii) amantissimus', and as knowing Latin and Greek. Peter Tayspil, who was President of the Council of Flanders in 1527, was perhaps a kinsman.]

ERASMVS ROTEROD. R. D. DANIELI TAISPILLO, EPISCOPO GEBELDENSI,  
R. D. EPISCOPI MORINENSIS A SVFFRAGIIS, S. D.

REVERENDE Pater, mox vt Bruxellae mihi redditae sunt tuae literae, accersiui ad colloquium Aegidium Buslidium, virum adeo propense fauentem bonis literis vt suis etiam damnis faueat. Exosculatus est animum tuum, qui cum honestis studiis, tum Buslidiani nominis gloriae tam ex animo consultum velles. Legit autem et tuas ad me 5 et Agathii ad te literas. Placuit ingenium, et cupit hominem accersi,

1220. 52. Anderlaci Anno M.D.XX add. H.

1221. TIT. R. D. om. H bis.

1220. 46. nemo] Cf. Epp. 1004. 145n, 1233. 99n. Erasmus was doubtless thinking of the contrast with More himself and Mountjoy: to whom he was perhaps now writing (Ep. 1219). Cf. also his frequent eulogies of the English Court (Ep. 999. 221n).

47. Haloinum] See Ep. 641 introd.

51. Craneueldio] See Ep. 1145.

1221. 2. Buslidium] See Ep. 686 introd.

6. Agathii] Probably Ag. Guidaerius († c. Nov. 1540), 'clericus ex Calabro oppido Roccha Coragii', apparently Catanzaro; author of *Grammatica Hebraicae linguae*, s. l. et n. (c. 1517?), dedicated to Leo X. In the preface to this he states that for seven years he had studied Hebrew at Rome under a Portuguese Jew, Rabi Jacob

Gabbai; and had received encouragement from Adrian de Castello, as well as from Leo. He visited Alciati at Avignon c. 30 Oct. (1518) (*M. Guarii Epistolae*, ed. P. Burmann, 1697, p. 75), perhaps in quest of employment; which he appears subsequently to have found under Leo X. In spite of the present application he continued teaching at Rome under Clement VII until 1527; when he suffered much in the Sack, and lost a valuable collection of Oriental mss. Returning to Avignon he found protection from the Governor, Jo. Nicolai, bp. of Apt; and in 1530 was appointed to one of the Hebrew chairs in the Collège de France. During his ten years at Paris he composed several books to promote the study of